



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Pavlinvs Episc. 22. lunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

N^{on} ovam artem PAULINVS docuit; etiam cùm nihil est, egenis tamen aliquid dare. Cùm enim in amplissimâ natus familiâ atque ditissimâ, quam vocem CHRISTI adolescens Evangelicus non audiit, hic audisset, & in pauperes omnes opes eroga^{re}, Antistes dein Nolanus etiam, cùm Vandolorum incursionibus Italia infestaretur, omnes reditus captivis in libertatem afferendis contulisset, jamque nihil suppetere videretur, unde unam spem viduæ filium redimeret; ingeniosiusse ipsum servum feminæ addixit, quæ abductum in Africam cum filio scilicet permutavit. Ibi Regis sacerdotum, cuius hortos curabat, de morte regis commovit. Hic accessit ubi primum vidit, illum ipsum esse exclamavit, quem nuper inter cœli tribunalia conspicuum habuisset, qui^{que} flagellum, quod ad castiganda orbis scelera quondam accep^{erat}, è manu rapuisset; quare & ipsum, & cum eo omnes vincitos Nolanos manu-misit, navesque in donum frumentariorum complures addidit. Nolam igitur ingressus, pulchrum de servitute triumphū egit, pluribus eum civibus, quām Scipiem pīleatis sequentibus. Sed liber animus corporis adhuc ergastulo clausus tenebatur. Tandem anno CCCC. XXXI. hic etiam vindicias secundū libertatem à morte accepit. At tunc Nola, imò Italia iterum captam se putavit, libertatis suæ auctore amissō. Ex Dial. S. Greg.

Nihil tam divinū homo habet, quām de aliis bene meieri, tamē si ēlē majora, hic minora beneficia cōfīrat; uterq; nimirū pro suis viribus. Fæc calamitofō si Deus, Dei misericordiā imitando. S. Greg. Naz. de amore Pauper.

O

S. MA-